unde gratia in hoc confistere dicitur, quod supplet istum defectum, ac alium superviventem per 40. vel 20. dies, sed non ultra se extendit. Ideoque ubi habens illas facultates, eas non deducat ad exercitium, sibi imputet, & gratis non suffragetur ex collectis per Salgad. in labyrinth. p. 2. c. 1. no. 65. & seq. & seq.

Et tercius, quod hujusmodi resignations fieri non possunt nisi certis personis morti subjectis, ex qua vacatio restulata valeat, ideoque facultas intelligitur de similibus, non autem de manibus mortuis, in quibus casus vacationis non datur; Quod jure clavis probari videtur, tum ex iis, qui frequenter habemus in materia facultatum transferent penes, quia nisi exerceantur iuxta formam prescriptam, nil suffragantur, ut decr. 38. part. 6. recent. & plures in sua materia sub tit. de pensione, praesertim in Imolens, tum ex iis, qui habentur in Senogallien. Castorum sub tit. de feudi, decr. 1. in materia facultatis subinventandi, quia intelligitur, quatenus facultas, sincerer, & ad formam prescriptam exerceatur, & cum personis paris conditionis, ex ibi deducatur. Et haec dico, ideoque prouis incongruum videtur, ne dicam scandalum, ut adeo insig- nis, & celeberrimus plus locus, ad tanta pietatis opera exercenda destinatus, item adeo infibulans 40. & ultra antorū ipsius officio sublinet, & quod suum est alteri deneget.

Ponderabam item post hac scripta, dum ex Clem. X. successoris decreto generali praefinitum est pretium Clericatus cum dicta augmentatione, sine cuius distinctione, pretium ordinarium est quadraginta duorum mille auri.

### ROMANA OFFICIORUM DE MAXIMIS, PRO MARIO DE MAXIMIS, ET JACOBATIIS, CUM CAMERA POPULI ROMANI.

Causa non decisus.

An Conservatores Populi Romani protogare possint officia vacabili Capitolina de una persona ad aliam, sive concedere futurum officiorum successionem; Et de materia, quando fieri possit per Principem, vel inferiorem magistratum in supplancementum successori-

s, de natura rei. Etiam validè usus est, agere debebat ipse herares contra Cameram, vel Datariam pro reintegracione officiorum, seu eorum valore; Et quatenus agenda, jusque diligenter faciendo id obtinere non posset, esset evictio per injuriam superioris, pariter non praestanda, dum praefertim non à simplici judice, sed à Princeps, ejus factum reputatus causus fortuitus, multò magis, dum neque dicta diligenter facta erant.

Dabam in hoc practicum exemplum loco controversie fatis adaptatum; Si enim possessio feudorum habens legitimos successores, & volens illa vendere cum regio alieni, qui habent legitimum feudorum successorem non denegatur, inter plures emptores, quo promptè habere potuerit, illi videntur aliqui, qui non habent legitimos feudorum successores, tamenque proinde de facili, ac brevi revolutionis casum curer etiam mediante opera, & intercessione ipsius feudatarii vendoris obtinere Regiam facultatem disponendi de feudiis etiam in extremitate, ac praeter leges communis, vel municipales feudales, deinde eo moriente, ac disponente, Regia Camera capiat possessionem feudorum, illaque tanquam devoluta aliis vendat, non curata dicta Regia facultate, vel quia male ad exercitium deducta sit, vel quia male obiecta, seu quod ipsi Cameralibus, etiam iniuste ita placeat, & de facto, non exinde tamen refutat adverbus feudatarium vendorum pro pretio competere aliquam actionem repetitionis, vel exceptiōem denegationis solutionis illius rate, que adhuc debenda supereret, & hic est casus.

### S U M M A R I U M .

1. *A*ll*i series,*

2. *Decuriones seu officiales inferioribus Principe apos-  
tostol concedere officia vacatura, seu viventis cum  
futura successione;*

3. *Quid in Principi.*

4. *Declarator conclusio, de qua n. 2.*

5. *Unus, & idem officium possit eodem tempore pluribus  
conferri, cum iure non decrederit inter eos.*

6. *Feudi ad officia validum est argumentum.*

7. *Communis error facit ius, & antiqua consuetudo con-  
cedit id, quod alias non competit.*

8. *Ub*is officiis* aliquia gerit publici palam, & plures,  
intrat pre*sumptu* possessor.*

9. *Confirmatio eius invalidi sapit speciem novae concessio-  
nis, & iugula effectum operatur.*

10. *De nullitate ex capite errors, vel falsi presuppositi in  
conformitate an, & quando procedat.*

11. *Ignorantia, vel error in iis, que iuri sunt non datur  
in Papa.*

### S U M M A R I U M .

1. *D*e statu cause.**

2. *De alto causo controversie.*

3. *Quale pretium solvi debet in emptione coacta.*

4. *Quale sit bodie pretium Clericatum Camere.*

### ANNOT. AD DISC. II.

**C**ausa contenta in hoc discursu adhuc penderet in Sacro Confilio in eodem statu, cum illius domus infornia recentissima sub tit. de feudi, decr. 1. 8. & sub tit. de cred. decr. 1. 3. & 1. 5. Omnia favorabilia, & proficiunt scilicet, odiosissimè, & prejudicialibus, velocissimè dederint cur- rationem, talis est mundanarum rerum viscidissima; Sed quod magis ad hujus controversie casum reflectere occasio præbet, eo magis crescit admiratio, ut id in questione possum sit, tanquam diuturnam haberit, ac habeat item, cui tam magna pars attributa fuerit, cum revera sit disputatio indigna, etiam coram exiguae Villæ pedaneo Judice.

Prætentionem fundabat Camera in auctoritate Socin. 2. conf.

conf. 53. lib. 3. alias conf. 288. lib. 2. qui loquens de concessione officii viventis cum futura successione facta per Prioris Civitatis Senarum, concludit fieri non potuisse, ex duplice ratione, una, nempe quod officia viventium concedi non possunt absque consenti possidentis, etiam per Principem de potestate ordinaria, propter votum captandæ mortis, multò minus per Decuriones, aliosque inferiores magistratus, & altera quod quatenus etiam possessoris consenti accederet, adhuc tamen fieri non potest ex ratione supplantandi successorem, ad quem officii collatio, quando causa vacationis evenierit, spectare debet. Unde effet conferre provisionem in tempus inhabile, quando hujusmodi præventivam concessionem facientes non erunt amplius Officiales.

Ex cujus conflictu autoritatem, ita in punto confinibus concessionis officii vacanti facies per Conservatores populi Romani, decimus fuit per Romanum in una Romana officiū aëstimator Ripa 24. Aprilis 1570. coram Lancelotto, relata per Fenzon. ad statu. 1. lib. 1. in fine, & per Gratian. decr. 167. num. 4. Eret recepta propria generalis de prohibitis concessionibus officiū, vel rei vacante in supplancemento successoris, ex deductis per Fulginiat. empheuseis, seu domus sub tit. de Empheuseis, ubi de hac materia supplantandi successorem, ac præventivis concessionibus latius.

3. *Ego pro Maximo scribens dicebam, premissa in Decurionibus, & inferioribus magistratibus esse vera, non solum ubi possessoris consenti deficiente, utraque ratio militat, cum tunc sit ab soluto, quia etiam in Principi, de ordinaria potestate, propter votum captandæ mortis, id negatur, quamvis de potestate absoluta, ex magis communis, & recepta opinione concedatur, ex deductis per Matrill. de magistris, lib. 1. cap. 25. Fontanil. decr. 2. 12. & sequent. Cabido decr. 2. Capyc. Latr. confutat. 145. nu. 30. & sequent. & num. 147. & seqq. & in Beneficiis habemus circa gratias expectativas; sed etiam ubi tali consenti accedente solito secunda ratio supplantandi successorem, quia haec non obstat Principi ex iusto solo motivo preventivas concessiones de officiū, vel rebus vacatis facere non prohibito, sed bene in Decurionibus, vel aliis inferioribus magistratibus, etiam in dicta Fulginiat.*

4. *Verum credebam non esse in causa, ideoque omnia præmissa cessare ex defectu applicationis, procedure etenim in illis concessionibus, que ad formam expectativa, sive coadjutoria cum futura successione sunt, ita ut prius, non nisi post mortem possessoris officium sit affectarius, in quibus terminis loquuntur Soccin. & Rota decisiones ubi supra; qui non erat causus, in quo Dominico officiū possessor consentiente, & supplicante, Conservatores eadem officia, que prius in una persona residebant, ex tunc pluribus in solidum conseruentur, ita ut omnium ex tunc effecti fuerint Officiales. Neque implicat, ut unum & idem officium in plurim personis eodem tempore in solidum residet, ita ut per uniuersitatem, vel dictum, tanquam individuum, ratione Juris non decrederet, in superficie remaneat, non per viam successioni, vel nova acquisitionis, sed per viam retentionis, & continuationis proprii juris, Lanar. conf. 59. n. 27. & 28. Reverte. decr. 16. Merlin. in uno edito in Romana officiū Rincontri. 5. Junii 1623. de quo in Romana fiduciiscommissi de Boncompagni 14. Decembris 1663. Bevilacqua. fin. & confertur in terminis feudorum deducta in Mutin. feudi de Rangoni sub tit. de feudi, decr. 8.*

*Unde quædammodum, si tunc hujusmodi officiū vacantes per mortem, vel resignationem Dominicū, Conservatores ex Statuto Urbis 15. illorum collationem habentes, non sufficiunt prohibiti illa pluribus in solidum eodem tempore concedere, ita ut resultat ius non decrederet, quod sequi non dicitur ex potestate concedentis, sed ex dispositione Juris, & propter subiectam materiam individuali, ita non videtur, quid prohibuerit per actum occultum resignationis à Dominicā facte in manibus Conservatorū, quando consenserit prædicti, ut ab iusto dicta officia, tanquam per resignationem vacantia, pluribus personis (illa etiam ejusdem Dominicī inter eas compre- hensis) potuerint conferri.*

*Eodem modo, quo officia vel beneficia in una persona residentia, de iustis consenserit in alteram transferuntur, quia fugit possessorum dimittere officium, vel beneficium in manibus Superioris, & ab ito tanquam vacans alteri conferri, ex deductis per Larream allegat. 22. Salgad. in labyrinth. par. 2. cap. 35. num. 21. 23. & 26. cum aliis conf.*

in materia locorum montium sparsius deductis hoc eod. tr. & habetur etiam deductum sub tit. de feudi, à quibus ad officia validum est argumentum Larrea dida alleg. 22. nu. 31. & 32. Matrill. de Magistr. lib. 1. cap. 2. 5. 7. & 10. cum seq. Noguerol. allegat. 33. n. 5. Et sic dicebam, in effectu nostram concessionem non continere expectativam, seu futuram concessionem juxta objecta, sed concessiōnem officiorum tanquam tunc vacantium, alterato solidū consueto, quod quædammodum plus in una tantum perfona residebant, ita deinde in pluribus constituta sint.

Er quando de potestate Conservatorum faciendi hujusmodi collationes in plurim personis, aliqua dubitatio haberi posset, quasi quod ita per indirectum fras fieri potest legi, atque induc supplancemento successoris (de quo consente confitendum sat difficulter), in praesenti tamen omnem difficultatem cessare dicebam sicut consuevit à magnam confinibus actuam frequentia ab antiquissimo tempore benè probata, quæ propterea attendenda est, vel ratione communis erroris, qui jus facere dicitur ad text. in l. Barbarus. ff. de officio prætoris, ubi D. Rot. decr. 608. n. 12. par. 2. recent. cum aliis per Salgad. in labyrinth. par. 2. cap. 9. n. 14. ubi diffingit. Vel clarius quia ubi magistratus, publice, palam, & frequenter plures actus exercet, cum habebit effectu, præstentim in faciem Principis, intrat potestas presumpta, quæ sufficiat ad actum sublinendum, ut bene Baldus, qui dicit notandum, & mentionem in l. exempli, nu. 8. ver. extra queritur, Cod. de probat. Felin. in cap. cum in Jure peritus, n. 11. ver. l. l. mito n. 12. de officiis legatis. Paris. conf. 104. n. 54. lib. 1. add. ad decr. ult. nu. 11. de confitudo. in nozis, & confert dispositio textus in cap. nobilissimus 97. dist.

Et in puncto, quod ubi aliquod officium solitum est conferri per magistratum sublinetur, quamvis de Jure talem potestatem non habeat, & collatio non ad ipsū, sed ad Principem pertinet; firmat decimus referit Amicangel. in tract. de Regalibus officiis, qual. 10. n. 15. dictam confitudinem de præterito comprobari dicebam, etiam per eandem Innocentii prohibitionem de futuro, quia hū tacitè, & implicitè approbare, & faceri videbatur, quod ita de præterito factum esset, ac fieri soleret.

Nec obtinere videbatur, quod in dicta decisione Rota coram Lancelotto, hujusmodi confitudinibus mortuū deductum, ac rejectum esset ex defectu illius non bene probata, rum quia ab eo tempore ad presentem, effixit (patrum centum annorum), per quod legitima confitudo tunc non bene inducta induci potuit, sive tunc non bene probata, non probari. Tunc etiam quia causus est diversus, ubi enim agebatur de concessione in forma vera expectativa seu coadjutoria cum futura successione, cui in Decurionibus, & inferioribus magistratibus lex expresse resiftit, id est requiret formalis consuetudo præscriptiva, & sufficiens ac acquirendum id, quod à lege est prohibutum. Hic autem agitur de diversi causa, qui prætentur in puncto Juris validus, & legitimus, non indigenis confitudine præscriptiva, per quam Juris prohibito re tentient tollatur, ideoque dicebam eam capienda esse tangunt observantiam interpretativam illius Juris, quod dubium prætendit possit, atque ita omnem difficultatem cessare, cum observantia interpretativa non eget formalis præscriptione, sed sufficiat ita aliquando observatum fuisse. Unde de uno causa ad alium non recte inferrebatur.

Denuo omnem difficultatem tolli dicebam ex Apostolica confirmatione, concessa per Urbanum VIII. omnium defectuum suppletiva, cum enim Papas potestas sit indubitate, sequitur confirmationem actus quantumvis nulli, stare loco novæ concessionis, ejusque vim habere, Decius conf. 241. nu. 7. Caffador. decr. unicus de confirmat. utili, vel inutili, Script. decr. 1432. n. 1. Rota decr. 157. n. 9. par. 6. rec. & 145. n. 4. & 5. par. 7. & in aliis frequenter.

Adversus hujusmodi confirmationem dicebatur ex parte Camera, illam esse invalidem, ut potest concessam sub errore praetextu, seu falso præsupposito potestis Conservatorum. Verum respondebam cum distinctione Felin. in cap. inter dilesos, nu. 6. de fide instrumentorum, quod aut confirms innititur simpliciter concessionis, quæ facta, vel defediva repertior, non subiungendo alia verba suppletiva, defedivitque sanatoria, & tunc confirmatione nihil prodest, aut dicta verba adiiciuntur, ita aliquid ultra confirmationem agatur, & confirmation habet vim novae concessionis, quia ex isto modo liquet fuisse dubitatum de concessionis invaliditatem vel defectum, ad quem fanum vel supplendum, Principis auctoritas implorata est.

Quod

Quod clarissim in praesenti procedere videbatur, quia in litteris expeditis per conservatores, expresse & conditioinaliter cum clauulis, non aliis, reservatur Beneplacitum. Apostolicum proinde obtentum, quod quoconcedentes & recipientes, ita de actus validate dubitantes, noluerint illum perficere nisi cum Principis approbatione. Unde corrui obiectum falsi presuppositi, quod scilicet Papam presupposuerit Conservatores habuisse potestatem hujusmodi actum faciendi, quia si tam ipsi, quam partes id creditissent, incongrua erat Beneplaciti reservatio cum clauulis conditionem, & praecipit illius necessitatem importanteribus, ita ut actus, a dicto Beneplacito magis, quam ab ipsa concessione animari, & informari diceretur.

**1.** Eoque magis hoc obiectum falsi presuppositi cessare videbatur, quia defectus potestatis Conservatorum non consistit in facto, sed in iure, ipsi etenim tanquam Decurios ex Statuto cap. 15. ac etiam forte ex Juris communis dispositione facultatem habent conferendi ea Populi, & Capitolii officia, que de tempore eorum Decurionatus vacare contingit, defectus autem conferendi officia vacatura, seu faciendi hujusmodi prorogationes provenit a mera dispositione Juris, cuius ignorantia in Papa non datur.

Hinc adducebam simile, quod si Episcopus, vel alius inferior collator, sub reservatione Beneplaciti Apostolicum clauula, & non aliis, concedat super beneficio coadjutoriorum cum futura successione, five permanentem reservet, vel aliud faciat, quod sua ordinaria potestati de jure non concedatur. Papa vero dictum actum approbet, & confirmet, cum verbis importanteribus supplicationem omnium, tam juris, quam facti defecutum, utique vacuum esset, ad verius hujusmodi beneplacitum, seu confirmationem allegare in Papa credulitatem, vel presuppositum, quod inferior ordinarius collator hujusmodi actum facere potuit, quia esset in eo supponere manifestam fatuitem in iis, que Juris sunt, que non datur.

Et ex his, credebam meliora Jura movere Maximum, quam Cameran, stante praefixa dicta Apostolica confirmatione, cum omnium defecutum, tam juris, quam facti supplicatione, fini quia tamen, cum solo fundamento concessionis Conservatorium dubitabam, quia flante comprehensione ejusdem Dominic, cessare videntur confidationes de presentanea vacationes per dimissionem, & nova concessione ex tunc tanquam de vacanti, ut supra, dum in dimittens donec vivit, adhuc perferate officio, aliorum adjunctio, aliud in effectu importare non videtur, nisi illorum futuram successione, quatenus officialis ante defecet, quia si supervivit, nihil ex aliorum defecientia plus acquirere dicitur, ac etiam cessa altera ratio, quia hujusmodi actum salvare posset resultans ab incerto eventu praeminentia illorum, in quo officium transferretur. Causa non sunt formiter in iudicio dicutus, ne decitus, sed remanendo sibi silentio, succumbentiam in Maximo forte causavit, unde cum non fuerit formiter discussus, non potuit super eo esformari maturum judicium pro veritate.

## ANNOT. AD DISC. III.

**1.** In praecisis terminis hujus discursus, super preventiva scilicet concessione facta per Magistratum Civitatis, officii adhuc non vacati, existit moderna consil. 64. Rota, qui testatur in ea decimus, quavis in ea causa qualique particularis acciderent circumstantia super defectu potestatis, que rem faciunt magis claram, super qua dictus Scriptor insistit. Ex duabus autem rationibus, illa voti captandae mortis, generaliter videtur levis, & forte contemptibilis, multo verbo magis ubi accedit contentus profeloris officii, ex iis, que in hac materia habentur sub tit. de Empybus, discurs. 1. & 2. Ideoquod remanet solum firma, & considerabilis in subditis: ratio supplplantationis fuccestoris, super quo, ultra deducta in hoc disc. & in supra allegatis discurs. 1. & 2. de Empybus, plenius, magisque ex profecto agitur sub tit. de pens. disc. 1. & licet contra ibi deducta, plura deducantur per quendam scribentem apud Torre de pult. fuit. fuit. in fine operis, ante decimationem Rotae ibi registrata. Adhuc tamen verius, ac firmum esse videatur id, quod in d. disc. 1. de pens. firmatur, ut in hujus Annotatione advertitur.

ROMANA PRETII OFFICIORUM  
PRO CREDITORIBUS VALERII DE  
MAXIMIS.CUM HÆREDE CARDINALIS CEVÆ.  
Casus decisus per Rotam pro creditoribus.

An creditor in tempore posterior, qui habeat reservationem decreti super officio, preferatur in officio prelio creditoris in tempore anterioribus. Et quomodo officia Romanae Curie dicantur esse in commercio, ac veniant sub hypothesi, & obligationibus.

## S U M M A R I U M.

1. Casus controverbie.
2. Ubi debitor est defectus non idoneus, pecunia exada per creditores semper dicitur extare, & potest avocari per anteriores.
3. Creditores habentes reservationem decreti super officio vincunt anteriores & n. 8.
4. Quid in prelio officii, an reguletur eodem iure, quo ipsum officium.
5. Resolutio causa.
6. Rejicit unum fundamentum resolutions.
7. Pretium quando succedit loco rei, ac eius reguletur.
8. De conclusione de qua n. 3. an procedat pro fructibus.
9. Reservationem decreti concessa mutuantibus ad officium emendum est naturalis, & non tollit jus tertii.
10. Princeps per se Papa non censor veille tollere jus tertii.
11. Gratia sub falsa narrativa est invalida.
12. In gratia, que solent concedi, & non denegantur, non attenditur surreptio.
13. In specie de gratia derogationis fideicommissi, ut sit nulla ex defectu surreptionis.
14. Facilis ista conceditur, quam illa tollen. jus creditorum, & de ratione differentia.
15. Quando offensus, vel facultas non percutiat substantiam contractus, neque illum annullet, declaratur.

## D I S C. IV.

**S**uper duobus officiis Cancelleriae questis per Valerium de Maximis usque ab anno 1609-curavit ille ad caudem Cardinalis Cevae anno 1620. certam pecuniam sibi mutuant, fieri super dictis officiis conjectum decreti reservationem sub narrativa, quod de ejusdem Cardinale pecunia quasdam essent. Atque sequita in viii dicti decreti eorundem officiorum venditione, obveniente pretio in dictum Cardinalem, contra illius hæredem, dicti Valerii creditoris hypothecarii in tempore anterioribus, iudicium instituerunt in Rota coram Bevilacqua prodicii preti avocatione absque dubio regulariter intrante dum exatio sequuta erat factum iudicis, post Jane detectam debitoris decotionem seu insufficienciam, quo causa pecunia habentur pro extanti, neque eius bona fide consumptio allegari potest. Gait. de cred. 1. 4. qu. 11. n. 1. 3. 19. cam. 599. Rota. disc. 31. 7. par. 3. recent. 52. 6. n. 6. par. 4. & est conclusio plana, de qua sepius in sua materia sub tit. de credito.

Non negabantur haec per scribentes pro herede reo conuento, sed dicebatur, quod cum officia, utpote est Regalibus non sint in commercio absque Papae beneplacito, quod ita per hanc reservationem concedi dicitur, hinc ad initia eorum quae passim, & absque dubio recepta habemus in feudi, alisque alienari, vel obligari prohibitis, habentes afferent, seu beneplacitum, quamvis posteriores, vincunt anteriores illo carentes in ipsa non prohibita, cuius respectu dicuntur simplices credidores chirigrapharii, ut clare occasio locorum montium disponit in constitutione 14. Urbani VIII. ac declarant Grati. discip. 50. n. 2. 7. Pacificus de Salv. inspeli. 3. c. 2. n. 6. 37. Seraph. disc. 129. 4. n. 4. Rota. dec. 11. 6. n. 12. p. 4. rectio. 2. & conferunt quae late habentur apud Salgad. in labyrint. par. 2. c. 17. per tot. dec. 206. n. 7. & 8. par. 11. recent. ex ea clara ratione, quod ita creditor habens afferentum dicitur sequi fidem Principis, atque ipse est primus, qui sicum iuri imprimis in officio, usque nunc libero, & immuni.

E converto Ego, & ceteri scribentes pro actoribus, non negabamus dicta conclusionis, vere incontrovertibilem veritatem. Dicibus tamen eam procedere, quod ipsa officia, eorumque substantiam, secus autem quod coram premium, quod censetur tanquam allodium, ac jure aliorum bonorum indifferentium regulatur, unde pro-

## De Regalibus. Disc. IV.

## II

pereat cum hac distinctione officia Romanae Curie dicuntur esse in commercio, Grati. discip. 670. n. 12. cum Seraph. Pacifico loco cit. num. 647. Seraph. disc. 389. nu. 6. 7. & 12. 54. n. 3. Millin. disc. 2. 51. n. 9. dicta dec. 11. n. 12. & 13. p. 4. recent. tom. 2. disc. 33. 8. n. 12. & leg. par. 11. & ita distinguendo habetur supra in Neapolitana disc. 2. & alibi hoc tit. Seraph.

**5.** Et ex hoc fundamento sub die 27. Novembris 1658. prodiit resolutio actoribus favorabilis, confirmata prima Decembri 1659. ut patet ex decisionibus desuper editis coram Bevilacqua.

**6.** Quamvis autem dictæ resolutions ex alto motivo infestiones dictæ reservations, ut infra probables essent, ac fundates; nihilominus istud fundamentum, mihi licet pro parte obtinente scribentes, reflectendo ad veritatem, videbatur periculosum, parumque tutum. Licet enim dicta distinctione inter substantiam officii, ejusque premium fit verba, eodem modo, quo est in feudi, quia premium feudi non est feuiale, neque cadit sub iuribus feudalibus eorumque prohibitionibus, attamen, ut habemus receptifum in materia feudal, id non procedit, quando officium, vel feudum venditur de mandato judicis, ad effictum, ut exinde satifaciatur creditoribus ius habentibus in officio, vel feudo, tunc enim premium succedit loco rei, ejusque naturam in omnibus fortior, ut apud Franch. disc. 64. Surd. disc. 306. & habetur particulariter actum in Romanis locorum montium sub tit. de feud. ad materiam bullæ Baronum, disc. 9.

**7.** Idem agnovit etiam postmodum Rot. in Romana concursu 10. Junii 1661. cum Cerro, ubi firmatur potioritas in pretio officiorum ad favorem creditorum posteriorum habentium reservationem decreti, solùmque ibi dubitatum fuit, an id procedat in credito ex causa fructuum, atque ibi deciditur negativè, cujus tamen contrarium esse probabilitas habetur infra in eadem Romana concursus hoc eodem tit. disc. 10.

Probables autem, benèque fundatae mihi, reflectentes etiam ad veritatem, viiæ fuerunt dictæ resolutions, ex alto motivo infectionis dictæ reservations decreti, ut potest concepsa sub falsa narrativa, quod pecunia data efficit ad ipsa officia emenda, quo cau. julte ac rationabiliter Papa decretare reservationem concepsit ab aliquo creditorum anteriorum prejudicio, dum alia eadem officia non sufficiunt in bonis debitoris, de cuius patrimonio nil diminuitur ad terminos text. in l. licet. Cod. qui potior. in pign. hab. cum ibi communiter. nota. Et in terminis afferentibus dari muruuntibus ad officium emendum, Aponte dec. 34. Galeot. lib. 1. contra. 21. Salgad. in labyrint. part. 2. cap. 21. cum alii deductis in Romana diminutionis pretii pro creditoribus Curti hoc eodem tit. disc. 12. fecit autem, ubi in praesenti officio per decennium, & ultra erant in bonis debitoris, cuius creditoribus, licet nullum quasdam efficit jus real, quod ipsorum officiorum substantiam percuteret, quæstum tamen erat jus in pretio erogato in empionem, utpote de bonis debitoris, & quod contra distinctionem ab ipsi officiis, vel cedidat sub hypothesis, vel affectum erat eisque creditoribus in fpe statim proxima, refutante illa imploratione officii iudicis, qua datur etiam creditoribus sine afferent ad cogendum feudi, vel officii potestorem in actione personali ad illud vendendum, ut ex pretio exinde retrogradando tanquam libero, allodioli, possit eis satisfari iuxta disc. 704. Franchi, & frequenter sub tit. de feudi.

**10.** Ideoquod ita efficit tollere jus tertii, quod, omissa questione potestatis, de qua Gabr. de iure tertii questo non tollend. qu. 1. Gomei. ad regul. de iure tertii questo non tollend. Capyc. Latr. disc. 18. seq. Galeot. responsio Fiscali 23. addendi ad dec. 66. part. 4. recent. tom. 3. illa etiam admixta, non sole per Principem tolli, ideoquod intra defecutus voluntatis, qui si regulariter intrat in quocunque Principe, multo magis in Papa, qui per dictam regulam de jure tertii questo non tollendo specialiter, & expresse id profitetur, nisi expresse dicat, & cum dicta regulare derogatione, nisi agatur de g. atia de sui natura, & per neccesse prejudiciale.

**11.** Et consequenter intrat clara regula text. in c. super litteris. & c. proponente, c. ad audientiam, & postulati, de re script. quod falsus orator precibus, ac impetratis gaudente non debet, ut latius in hujus cause decisionibus.

**12.** Et quamvis in ratione dubitandi videretur dicendum, quod cum Papa quotes præservatur ejus, ac dataz prædictum follet est facilis ad hujusmodi gratia concepcionem, idcirco non videantur intrare rigorosi termini sur-

rectionis, ex iis que in proposito derogationis Sixtino dominio moderator habetur in Romana dotis coram Veropio dec. 2. 3. par. 11. recent. num. 7. & est actum in Spoleto, cum dotis pro Polo, ac aliis frequentier sub tit. de doce, cum similibus. Nihilominus id percutere videtur ipsummet debitorum, seu habentem causam ab eo, ne affluent, vel decreti nullitatem allegare valent, fecis autem quoad tertium, cuius praedictum alia grata continet, ejusque tollerent, tunc enim strictè, ac rigorosè procedendum est super narrativa, quæ est fundamentum gratia, aliis, vel nullatenus, vel difficultus concedenda, ut passim habemus in materia derogationis fideicommissorum, & majoratum, ut et non suffragetur quoties ex falsa causa, vel ob taciturnitatem aliquarum circumstantiarum gratia patitur defecum surreptionis, vel obreptionis, seu defectus intentionis, ex plene collectis dec. 4. & 36. par. 10. recent. Firmana fideicommissi 31. Januarii & 20. Junii 1653. Peutingerio, & 17. Maii 1657. Priolo, & habetur in nullius vindicationis fendi sub tit. de feud. disc. 50. ac frequenter in sua materia sub tit. de fideicommissis,

Et nihilominus ista gratia non videtur adeo prejudicia, minusque ius tertii adeo radicatum, vel quia successor fideicommissi certet magis de lucro caprandi, quam de damno vitando, vel quia sit ius incertum, & eventuale, cum substituti præmori possint gravato, qui interim, juxta veriorem, & receptam opinionem, est verus Dominus, vel deinde quia suis vocatiorum ad fideicommissum relata magis ex quadam indulgentia juris positivi à temporibus Augusti citra, ex iis que habentur frequenter deducta sub tit. de feud. ad materiam Bullæ Baronum præsternit in Romana contributionis de Celsis disc. 89. & in Romana pecuniaria de Pallavicinis disc. 74. & in alius; secus autem in praetenti, dum creditores certant de damno vitando, atque eorum ius questum videtur ex eorum providentia, & ex iure nature, vel gentium magis, quam positivo, saltem in pretio, juxta communem distinctionem in proposito potioritatis resultantis ex dispositione text. in l. addidi, Cod. qui potior. in pign. hab. ut plene per Add. ad dictam dec. 66. par. 4. recent. tom. 3. & in dicta materia sub tit. de doce. Acceditibus etiam alii defecutibus in commissiōibus a dicto creditore obtentis super facultate subhaftandi dicta officia, ut in dictis cau. decisionibus deducuntur, ideoque resolutiones fuerunt omnino iustæ, & probables.

Atque confidabar intrare claram dilemmam inevitabilem. Aut enim gratia hujusmodi decreti, seu affluent erat præcisè necessaria, utpote percutiens substantiam contractus, & de plano intrabant præmisita. Aut non percutiebat substantiam contractus, qui sine illa validus esset, & prefectus, sed fôlsum quodam implementum illius modi, quem Principis pro iure suorum officialium circa emolumenta desideravit, ut habetur apud Salgad. in labyrint. par. 1. cap. 35. n. 65. in qua auch. virate scribentes percuterent, quæstum tamen erat jus in pretio erogato in emptionem, utpote de bonis debitoris, & quod contra distinctionem ab ipsi officiis, vel cedidat sub hypothesis, vel affectum erat eisque creditoribus anterioribus ab initio per hypothecam generalem. Revera tamen verlafamur in prima parte, cum Salgad. loco cit. percutias terminos diversos, ubi scilicet prædicti affluent, seu facultas, jam perfecta cum signatura supplicationis, solùmque supereft expeditio litterarum tanquam conditio, vel modus præfertus à Princeps concedente pro interesse officialium ratione emulmentorum, quod nîl commune cum his terminis.

## ANNOT. AD DISC. IV.

**S**uper contentis in hoc discursu, & in pluribus aliis sequentibus, conceruentibus materiam concursu creditorum, inter eos, qui habent reservationem decreti, & illos, qui non habent, hoc medio tempore defuit occasio disputandi in his præcisis terminis officiorum; benè tandem ad rem faciunt ea, quæ super concursu in bonis juridictionibus, & aliis, alienari, vel obligari prohibitis, absque alterius licentia, vel affluent, habentur postmodum disputata sub tit. de Credit. disc. 13. & 15. & conserunt, quæ habentur sub tit. de feud. disc. 78. & sub tit. de Empy. disc. 58. cum omnibus hujusmodi bona, vel jura prius ambulare videantur, ideoque ea, quæ in uno hujusmodi bonorum genere dicuntur, generaliter aliis similis naturæ, vel qualitatæ congrue videntur, cum eadem intrans ratiōnes.

ROMANA OFFICII SECRETARIATUS  
PRO PHILIPPO BONCOMPAGNO,  
CUM DATARIA APOSTOLICA.

Causa sopus per Concordiam.

Officia, quando non terminentur cum persona, sed sunt transitoria ad heredes quoctumque, vel sunt cessibilia. Et sub nomine heredum, qui veniant in officiorum concessione.

S U M M A R I U M .

- 2 F Ad series. Officiorum concessio dicitur personalis, & durante vita concesionari.
- 3 Amplia, etiam in perpetuum facta est concessio, quia intelligitur de perpetua vita.
- 4 Principes vero potest illa concedere in perpetuum, ita ut sit alienabilitas, & ad quoctumque heredes transmissibilis.
- 5 Maxime in officiis non creatis pro iustitia administranda, sed pro economia administratione fine Jurisdictione, & cum certo emolumento.
- 6 Industria personae non requiritur de necessitate in istis officiis economicis.
- 7 Ita ut possint vendi abbida licentia Principis, & in heredes extraneos transferri.
- 8 In officiis Jurisdictionem habentibus dicitur electa industria personae.
- 9 Officia, que transirent ad heredes imputantur in legittimam.
- 10 Capitulatio officia Romana Curia prius erant vacabili, sed nunc facta sunt perpetua, & ad heredes transitoria.
- 11 Vacatiois verò decreto horum officiorum per mortem civilem, & naturalem, apponitur propter emolumenta Datariae, & solutiones Regalium, non quod ex illo sunt vere vacabilia.
- 12 Emphyteuta concessio in perpetuum de una vita in alteram feta de 29. in 29. annis non dicitur limitata ad dominum tempus, sed ad efficienda facienda renovationes propter laudem conseruanda, & alias emolumenta.
- 13 Super officiorum perpetuorum cadit solum quæsto voluntatis in Principe.
- 14 Concessio officiorum pro soli heredibus sanguinis, & officiis, ut isti veniant jure proprio, vel tanquam heredes primi acquirentur.
- 15 De natura feudorum est, ut ad heredes sanguinis restrinxantur.
- 16 Feudum hereditarium dicitur feudum corruptum, cum potius, ut alia bona hereditaria reputetur.
- 17 Concessio officii facta est, & heredibus simpliciter non restringitur, ad solos heredes sanguinis, sed etiam ad extraneos transit.
- 18 Maxime si dicitur, quibuscumque, adiecta sufficeret.
- 19 Vel alia clausula omnimodam translationem dominii, & alienabilitatem importantes apponuntur in concessione.
- 20 Ex observantia verò colliguntur, an heredes soli sanguinis, vel etiam extranei sint in concessione officii comprehenduntur.
- 21 Regula Cancellariae 64. & Constitutiones Sixti V. & Pauli V. de officiis non alienandis non habent locum in officiis, que alterata eorum natura sunt in purum allodium concessa.
- 22 Quæ, & qualia emolumenta debeantur pro translatione officii perpetui de uno in alium.

D I S C . V .

- 1 N in creatione facta de anno 1563. per Plium IV. Montis Pii vacabilis recuperari nuncupatum, deputatus fuit depositarius Hieronymus Celsus pro se, heredibus, & successoribus quibuscumque in perpetuum, cum facultate deputandi Secretarium, & ratiocinatorem, prout de facto, tam ipse, quam Tiberius filius, ac Lælius nepos, & heredes, deputarunt dictos officiales ulique ad annum 1608. quo per Lælii credidores dictum depositario officium pro certo pretio retrocessum fuit Camera, quæ illud deinde vendidit cum eisdem facultatibus Alfonso Costagutio, pariter pro se ejusque heredibus, & successoribus, qui deputavit in Secretarium quendam Bandinum, quo regnante, de anno 1630. tertio pretio soluto, deputavit

Philipum Boncompagnum, contra quem de anno 1633. Camera, seu Dataria Apofolica prætendere cepit vacationem per Costagutio obtutum, quare pro Boncompagnio scribens dicebam, ut sequitur.

Quamvis officiorum natura sit personalis, unde facta similitudine illorum concessione absque alia expressione, ceterant concessio in administrationem, durante vita concessio, cuius permodum industra electa dicitur ad text. in l. antepenultima, ff. de tutela, cap. 5. §. ubi Gloss. de Testamento in sexto, cum concordantibus per Bald. conf. 150. n. 5. lib. 3. Cyriac. controv. 39. n. 1. & 2. adeo ut iam dicatur concessionem fieri in perpetuum, intelligatur de perpetuitate vita, ex deductis per Plutum dicitur. 18. n. 52. vol. 2. ubi concordantes. Non est tamen hæc natura immutabilis, quin propter eos possint per Principem alterari, & concedi etiam in dominium, atque ad instar aliorum fieri alienabilitas, vel ad heredes transmissibilitas, quia tempus est de officiis naturalibus, non autem de substantiis, cum toto pendeat à voluntate concedentis, quomodo, & ad quantum tempus concedere velit, Bald. dicit. conf. 159. num. 5. bend aliis Montanus de regalibus officiis, nu. 5. fol. 167. Rota in Romana officiis notariatus 2. Martii, & 22. Junii 1668. Bourlomont, de qua causa habetur hoc tit. in Romana officiis agriculturae disc. 17. Quod maximè procedit in hujusmodi officiis mixtis non creatis ad iustitiam administrandam, vel expedientiam, sed habentibus quendam, economicam potius, quam politice administrationem, cum certo emolumento fine jurisdictione, quam distinctionem ex Saliceto ponderat Rot. dae. 338. n. 2. par. 11. rec.

In istis etenim non videtur praecise necessaria persona 6 induit, sicut in illis, quæ ad Republikam regimunt, & iustitiae administrationem creata sunt. Unde quemadmodum dicitur venduntur, ac more bonorum indistinctum, cum sola necessitate adhibent Principis auctoritatem, sunt in commercio, ita nil repugnat videtur, concedi magis ad vitam quam in perpetuum, ac transferri in heredes de tempore concessione ignotis, quorum industria electa dici non potest, cùm ex hoc iustitia non laetatur, neque Republica patiatur detrimentum, sicut sequeretur, si id in officiis habentibus iurisdictionem, & publicam administrationem fieret Salicet. in l. 3. n. 13. Cad legem Julianam de ambitu, Mastrill de Magistrat. lib. 1. cap. 20. n. 22. & 24. Joan. Andre de Georgio de feudi. cap. 54. n. 50. Staibani jun. resol. 100. n. 42. & seqq. Montanus ubi supra n. 7. fol. 170. col. 2. & 3. Quod maxime procedit in hujusmodi officiis mixtis non creatis ad iustitiam administrandam, vel expedientiam, sed habentibus quendam, economicam potius, quam politice administrationem, cum certo emolumento fine jurisdictione, quam distinctionem ex Saliceto ponderat Rot. dae. 338. n. 2. par. 11. rec.

In istis etenim non videtur praecise necessaria persona 6 induit, sicut in illis, quæ ad Republikam regimunt, & iustitiae administrationem creata sunt. Unde quemadmodum dicitur venduntur, ac more bonorum indistinctum, cum sola necessitate adhibent Principis auctoritatem, sunt in commercio, ita nil repugnat videtur, concedi magis ad vitam quam in perpetuum, ac transferri in heredes de tempore concessione ignotis, quorum industria electa dici non potest, cùm ex hoc iustitia non laetatur, neque Republica patiatur detrimentum, sicut sequeretur, si id in officiis habentibus iurisdictionem, & publicam administrationem fieret Salicet. in l. 3. n. 13. Cad legem Julianam de ambitu, Mastrill de Magistrat. lib. 1. cap. 20. n. 22. & 24. Joan. Andre de Georgio de feudi. cap. 54. n. 50. Staibani jun. resol. 100. n. 42. & seqq. Montanus ubi supra n. 7. fol. 170. col. 2. & 3. Quod maxime procedit in hujusmodi officiis mixtis non creatis ad iustitiam administrandam, vel expedientiam, sed habentibus quendam, economicam potius, quam politice administrationem, cum certo emolumento fine jurisdictione, quam distinctionem ex Saliceto ponderat Rot. dae. 338. n. 2. par. 11. rec.

In Curia Romana de fato in praxi videmus, in 10 officiis praesertim Notariorium priori Capitolini, que antiquitus, juxta officiorum regularem naturam vacabilia, facta sunt perpetua, & ad instar allodium ad heredes transitoria, Gratian. deci. 580. nu. 1. & 6. & 736. nn. 8. Rota deci. 14. post Fenzo, ad flatu in Romana off. notariatus 6. Februarii 15. coram Cefio, inter duas deci. 17. & deci. 14. par. 4. recens. n. 14. ubi bene notari, decreta vaccinationis hujusmodi officiorum per mortem naturalem, vel ciliem apponi propter emolumenta Datariae, & solutione Regalium, non autem respectu Domini. Quodverè reuerba hujusmodi decreti appositio illa non faciat vacabilia, & habetur praesertim in dicta Romana agriculturae hoc tit.

Quod in simili habemus in materia emphyteutica, quia fieri solet concessio de 29. in 29. annis, five de una vita in alteram in perpetuum, sed hujusmodi temporis limitatio adiecta dicitur ad effectum petendi renovationem, pro qua Laudem, five capitulo solvi solet, & pro hujusmodi emolumentorum affectione, non autem ad terminandam concessione, ita illa temporalis censeatur, Duran. deci. 102. n. 7. & 8. n. 14. par. 5. Orthobon. deci. 103. & seqq., multo magis ubi dictum vaccinationis Decretum adiectum non est, ut in praefacto.

Quapropter nulla in propinco cadere videtur quæsto potestatis, an scilicet possit, ne Princeps hujusmodi officia facere perpetua, cessibilia, & ad heredes transmissibilis, sed tota est quæsto voluntatis, an scilicet voluntatis. Et quatenus respectu transitus ad heredes, & successores voluntatis est certa, quia expressè diceretur concessio-

sionem alicui fieri ejusque heredibus, & successoribus, an intelligatur de solis heredibus sanguinis, vel etiam de extraneis quibuscumque rei familiaris, effectus autem

14 questionis est validè notabilis, ubi enim concessio est pro solis heredibus sanguinis, quicquid sit, an isti jure proprio veniant, vel primi acquirentis hereditarianum qualitatem habere debent, de quo in specie Cyriac. controv. 39.8. (cujus tamen opinio minus tutu videtur, ubi tractatur de acquisitione titulo oneroso, & pretio mediante) exinde resulat, quod illis deficitibus, officia revertentur ad Principem, ac etiam eis extantibus, non per hoc sunt alienabilitas, quia vocatio heredum sanguinis facit, ut dici non possit electa industria persona, & in hac parte alteratur officiorum natura, sed non alteratur quod inalienabilitatem, quia censeatur, sequitur officialis obitu, heredem sanguinis, illud directe habere a Princeps per actum occultum novæ concessionis, ex nunc in prima concessione explicata. Ad infar concessionis feudorum, cuius natura est, ut ad sanguinis heredes refringatur, nec proinde inalienabilitas immutetur ex deductis per Peregrin. de jure sibi lib. 1. tit. 2. num. 102. Capyc. dicta controv. 39.8. Secus autem, ubi intelligitur de quibuscumque heredibus rei familiaris, quia tunc officiorum natura omnino corrupta, seu inpropriata censetur, ita ut redacta ad naturam caterorum bonorum, & iuriu mera allodium, & inalienabilitatem sint in libero commercio, & inalienabilitate, eodem modo, quo habemus in feudiis mere hereditariis, quorum natura corrupta, dicuntur, ita ut allodialia magis quam feuda censenda sint, ut sapit in tit. de feud.

Illa voluntatis quæsto cadit, ubi agitur de concessione 16 facta pro se ejusque heredibus simpliciter, an scilicet sub hoc nomine veniant folium illi sanguinis, vel etiam extranei, & pro restrictione ad illos sanguinis, latissime agit Galeoti, responso fiscal. lib. 1. n. 104. & seqq. contrarium autem verius firmat Montanus de regalofficio. n. 7. fol. 171. & in repetitione Capituli Imperiale, §. Ducas. n. 33. & 34. A Ponte deci. 28. post n. 62. Lanar. jun. in add. Lanar. fen. in cap. 1. de successione feudi, n. 59. & advertit. Rovit. deci. 72. n. 17. 41. & seqq. Itaque doctrina magnificenda videtur, nedum ob auctoris gravem auctoritatem, sed quia ibi conclusivè hoc firmatur potius naturalium dictuorum in iuris causa, in qua prodiit dictum responsum fiscal. 12. Galeoti, qui partenerit n. 134. id admittere videtur, ex ea declaratio, quia dum heredes etiam sanguinis erant concedenti ignoti non dicitur electa industria persona, & ratione celiante, nulla subest ratio differentia, maxime in hujusmodi officiis, quæ non gratis, & ex Principis munificencia, vel ex aliquo persona particulari respectu, sed pretio mediante ad terminos iustitiae commutativa, & in specie contractus correspondunt, & haec videtur veritas.

17 Sed ubi aliqua subesse posset difficultas in abstracto, ubi faciliter agitur de hujusmodi concessione pro se, & heredibus simpliciter, in concreto cessat, quia verbo hereditas, adiecta erat dictio, quibuscumque, ob cuius universalitatem apud omnes receptum est, etiam in feudiis alisque materiali indifferenter venire etiam extraneos, ut late in terminis feudorum habetur in Sarmento, feud. 22. Junii, & 14. Decembri 1643, coram Dunozetto, & poit. Contrarium deci. 18. & 19. & apud Orthobon. deci. 26. Capyc. Lat. consil. & alios, & habetur in eisdem terminis feudibus in Camerinen. Castrorum sub. tit. de feudi, deci. 49. Unde fiant hujusmodi dictio, causus videbatur extra controversiam.

18 Catherina Zonga possidens quoddam officium vacabile, portionis Ripæ nuncupatum, pretio mediante, juxta hujusmodi officiorum naturam acquistum, magnificens se aliquibus infirmatibus subiectam, quamvis in floride aetate constituta esset, supplicavit pro licentia refingatur ad favorem Joannis. Unde Dataria Officiale, fraudem dimittens, illam visitari curarunt, deindeque licentia concessionis differentes per duos menses, stantibus continuatis instantiis, aliam visitationem demandarunt, quae sequuta, admissa fuit refingatio, poit cuius perfectionem, causas dedit, quod ex superventa febre infra paucos dies defecit, unde Dataria prætendere copit refingatur nullitatem, id eoque expeditiōnē litterarum negabat. Ego autem pro Joanne refingari scribens, dicebam hujusmodi prætentio nem nullum habere juris fundamentum. Aut enim hujusmodi refingatio nulla pretendebatur ex regula Cancellariae de infirmis refingantibus, vulgo nuncupata regula 20. aut ex dispositione iuris communis.

Primo cau, vana era prætentio, quia regula prædicta loquens de Beneficiis Ecclesiasticis, locum non habet in hujusmodi officiis laicalibus, quæ Viris uxoratis, ac mulieribus conferri solet, Gomel. in dida regula qu. 22. Paris. de responso. lib. 12. qu. 1. in fin. & plen. qu. 3. num. 62. & 64. Gongal. ad regulam olearium, gloss. 5. & ult. n. 24. & licet Salgad. ex Garzia in labyrin. part. 1. cap. 35. num. 2. dicat contrarium, attamen de eo non videatur habenda ratio, quia in hoc loquatur finis fundamento.

Secundo vero cau minis, quia cum hujusmodi officia ex cau mere onerosa, & correlative concedantur, cum facultate illa liberet, & quandocumque refingantur, Principes non ex gratia, & benignitate, ut eft in Beneficiis, vel offi-